

513.

Landgraf Heinrich verspricht beim Eintritt seines Bruders Konrad in den Deutschorden diesem eine Rente von 300, seinem Bruder aber eine solche von 400 Mark Silbers auf Güter anzuweisen, letztere bis zur Deckung der Schulden Konrads im Betrage von 3000 Mark. Nordhausen, 1234 Okt. 13.

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haus- und Staatsarchiv Stuttgart. Vier S., an Pergamentstreifen, hängen an. 1. S. des 5 Bischofs von Hildesheim. 2. und 4. S. verloren. 3. S. des Abts von Buch mit der Umschrift: Sigillum abbatis de Bwch. Phot. H. St. A.

Gedr.: Wyß, Hess. Urkundenb. 1,43 (nach dem Marburger Kopialbuch in Wien).

Heinricus dei gratia lantgravius Turingie et Saxonie comes palatinus omnibus presentem litteram inspecturis in perpetuum. Quoniam labilis | est humana memoria. 10 congruum est et expediens rationabiliter gesta fidei scripturarum testimonio recommendare, Noverint igitur un|versi, quod cum dilectus frater noster Conradus divino accensus zelo legeque privata sancti spiritus ductus et inspiratus, se ordini fratrum domus Teu|thonicorum devovisset nos in manus venerabilis domini C[onradi] Hildensemensis episcopi, eiusdem C[onradi] fratris nostri nec non B[ernhardi] abbatis in Bûch et D. prepositi Frankenhusen fide data 15 promissimus domui Teuthonice in remissionem peccatorum nostrorum dare et assignare, ubi iam dictus frater noster in bonis nostris elegerit, redditus ccc marcarum argenti libere ac sine omni honore nullo prorsus advocatie aut quolibet alio iure nobis in eisdem reser- vato, sed omni pleno et integro proprietatis et possessionis iure possessionum earundem in domum Theutonicam iam predictam transferendo. Insuper in manus eorundem nos 20 obligavimus bona fide omni dolo atque captione cessantibus eadem bona stabilire, firmare, roborare ac warandare, ubicumque domui fuerit oportunitate expedire. Preter hec autem sub eadem astrictione nostre fidei in manus virorum prenominatorum promissimus assignare prefato fratri nostro, aut quibus ipse volet suo nomine in bonis nostris vacantibus redditus quadringentarum marcarum usque ad receptionem trium milium marcarum ex eisdem in 25 solutionem debitorum ipsius, omni prorsus a nobis vel nostris medio tempore in eisdem bonis impedimento cessante, sed eorum possessione libere apud eos, quibus ipse assignaverit, remanente. Ad perpetuam itaque huius rei geste memoriam, ne ulla super premissis ambiguitas oriatur vel questio moveatur, presentem paginam super predictis conscriptam domini nostri prememorati episcopi, nostro, abbatis et prepositi prefatorum 30 munimine sigillorum fecimus roborari. Actum Northusen anno domini M. ccc. xxxiiii., indictione octava, iiii. idus octobris^a).

(S.)

(SD.)

(S.)

(SD.)

513. a) iii. id. oct. mit dunklerer Tinte nachgetragen.